

executionem effectivam procedentem, notoriam vim facere, & protestatus Regium, & salubre auxilium violentiæ, obtinere debet, nempe vim fieri, & innovata reponere. Limita tamen hanc regulam, ut procedat in foro Ecclesiastico indistinctè, & in seculari quoad iudices inferiores: secus tamen quoad supra...

253 Ego autem hanc conclusionem libenter limitarem secundò, etiam in iudice Ecclesiastico, & secularibus inferioribus, ut minimè procedat, quando reus relaxatur ex capite innocentie secundum ea, quæ supra, hoc in capite diximus ex leg. nullus, Cod. de exhibendis reis, leg. pro quo poena, §. 1. ff. de manumissionibus, Hippolyt. de Marsil. in pract. crim. §. attingam, num. 16. Paride de Puteo de syndic. versiculo fideiussor. officialium, cap. 3. si iudex malefactorum, numero 12. Roderico Xarez in tractatu de fide, in causa crim. num. 25. & pluribus relatis à Menoch. de arbitr. casu 303. num. 36. Julio Claro in pract. crim. qu. 46. verbo pariter, &c. & ex aliis sursum adductis: nam si conclusa causa, & didicita testificata in iudicio reus innocens ex actis ipfis evidenter constat, & apparet innocens, quid spectandum est, nisi ut ipse statim relaxetur? Postquam tam clarè de sua innocentia docuit, in quo cessat periculum fugæ, & poenæ evitandæ, cum sit in causa abolutionis potiùs, quàm condemnationis, quod æquum & humanum est. Si autem alio capite, aliave ratione, puta, jurisdictionis, personæ, ordinis, &c. relatus fuerit, procedat conclusio in regula prædicta, in quibus juris rigor est servandus.

Eorum autem, quæ hucusque diximus, non inutiliter in hoc loco praxim offeram, & in dubium revocabo: an si in casibus, in quibus appellare posse diximus ab injusta carceratione, & detentatione, quibus omnino debet iudex Ecclesiasticus deferre, quod si secus fecerit, & per viam violentiæ ad curiam causâ hæc trahatur, indubitabile est, esse declarandum, vim facere, deferarque, & reponat omnia facta post appellationem, & intra tempus ad appellandum, an iudex ipse Ecclesiasticus, cui Regia provisio ordinaria huius decreti virtute facta intimatur, simul cum delatione debeat captum reponere, sic carceratum appellan-tem relaxare & facit dubium: nam cum hoc genus gravaminis habeat tractum successivum, & quotidie gravet, inde est, ut etiam post appellationem ab injusta carceratione emissam gravamen duret, & ita illud, tanquam innovatum, & attentatum, debeat reponere, & relaxare, ex qua ratione non defuit, qui hanc partem veram esse dixerit.

225 Quod tutum mihi nullo modo videtur, nec iure probabile, ad quod suppono, quod aut appellationem ab injusta carceratione consideramus, antequam mandatum de capiendò effectum habeat, & isto casu speciale est, ut non obstante appellatione ab ipso mandato captura sequatur, nec tunc dicitur aliquid iudicem contra eum novare, nec attentare, ex eo quod ius publicum, & suum tueri videtur. Guido Papæ in decisionibus Delphina, decis. 235. Franc. Marc. decis. 915. incipit quero an pendente, n. 4. Cardin. Tuschus conclus. 101. n. 11. & titulum nihil novari appellatione pendente, hoc in casu ex consuetudine locum non habere, tenet Julius Clarus in pract. crim. q. 46. num. 2. & favent ea quæ diximus cap. precedentis, circa appellationem à citatione reali, ubi plures alios recitavi: ita illum titulum limitat etiam Guido Papæ decis. 235. si quis incarcerationetur, dicens, quod licet carceratus non conservetur in eo statu libertatis, in quo erat tempore appellationis, non ideo secutâ capturâ innovatum est, nec

ut tale venit revocandum idem tenet Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 33. post num. 4. idem Lancelotus ibid. l. cap. 12. ampliata. 4. in præfatione, n. 21. & 22. & talis captura & detentatio post appellationem contenta ad faciorem ejus, & causâ expeditionem, ut bene advertit Alciatus consilio 16. incipit licuerit, sub n. 4. lib. 7. & idem Lancelotus ubi proximè, d. ampliata. 4. numero 22. Prosp. Farinacius lib. 2. pract. crim. quest. 37. n. 21. ubi plures refert.

Et quando iudex aliquid post appellationem fecerit, quod in faciorem causâ, & appellationem tendat, nec est attentatum, nec ut tale venit revocandum, imò iure optimo sibi permillum est, textus est in cap. cum teneatur, de appell. Petrus Duennas in regul. 42. limit. 17. Franc. in d. c. cum teneatur, in 2. nota. August. Berouius consilio 45. in causa. 2. lib. 3. textus & reg. in verbo distictus, in c. 2. de matrimonio contra interd. Ecclesia. & ibi Abb. in ult. nota. & Joan. Andr. facit text. in c. tua, & ibi Abb. n. 2. de sponsa duarum, Franchus in c. sollicitudinem, num. 3. de appellatio. Parisius n. 54. incipit in isto iudicio, n. 2. lib. 3. Rota dec. 4. alias 390. si deferatur, de sequestr. possess. & fructum novis, & decisione 11. alias 349. nota quod si deferatur, ergo cum non sit hæc secuta captura, attentatum, nec innovatum, iuxta quæ dicta sunt nec aliquo modo revocatur à iure; imò ab eo permillum est, minùs rectè dicemus, ut virtute provisionis ordinariæ debeat reus relaxandò reponi, cum intentio provisionis non tendat, nisi ad attentata, & innovata in præjudicium appellationis facta, contra canonum, & Conciliorum statuta, & decreta, ut probavimus in 1. & 2. c. prime partis, & vide quæ in specie huius difficultatis latè dixi supra, prima part. cap. 2. §. 1. à n. 22. cum pluribus sequentibus.


Pro quo facit declaratio Cardinalium super Concilio Trident. sess. 24. de reformatione, c. 20. versicul. ab ista reparari nequeat, ibi: Intelligitur etiam de gravamine indebitæ carcerationis, & ordinariis tenetur huic appellationi deferre, & sinere processum, interim tamen reo remanente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ aliud iusserit. Idem decisum fuit per interpretes Concilii Trident. 4. parte decisionum novissimarum, quæ simul sunt inter declarationes Cardin. ibi: Congregatio Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellationem à definitiva reparari nequeunt: ideòque ab eo ante definitivam appellare licere, ex decreto, cap. 20. circa princip. & ordinariis tenetur huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ, aliud iusserit, &c. quæ adinvicem videntur transcribere, & pondera, quia simul & deferre, & detinere jubent, cuius specialitas, & intentio ex supradictis pendet, & vide Scaciam de appellatio. quest. 17. memb. 1. num. 165. & quest. 20. num. 26.

Aut enim appellatione consideramus emissam postquam est decretum capturæ in defectum deductum, & sic ab ipsa detentatione injusta, postquam ipse appellans captus fuit, effectivè: tunc enim minùs dicenda est captura attentata, & ideo post appellationem reus relaxandus non est, ut tenet Speculator in titulo de appellat. §. novissimè, in princ. versiculo tertius si condemnatus, quem sequuntur Vitalis in tract. de clausis in claus. nihil novari appellat. pond. in princ. versiculo item fallit Maranta in specu. 103. parte 6. p. 16. princip. question. 2. n. 186. versiculo. 1. limita. Allegans Bartol. in leg. ab executione, Cod. quorum appellationes non recip. & Bald. in l. 2. Cod. de Episcopali aud. Petrus Duennas in reg. 42. n. 11. vers. 22. fallit. Lancelot. Conrad. de pratore §. 2. de offic. prat. in causa civili, cap. de appellat. sub n. 21. versiculo 1. condemnatum, & per Lancel. tenet Scac. de appellat. qu. 17. limit. 47. membr. 1. num. 161. ubi n. 162. tractat, quod quando quis est jam condemnatus, an

& quando sit relaxandus appellans: hoc tamen velim intelligas, procedere non iure speciali ex rationibus de quibus in causa superiori, sed iure ordinario, ut ita dicam, & communi, ex eo quia natura appellationis ea est, ut omnia conservet in eodem statu, quo erat tempore appellationis emissæ, textus in l. 1. ibi, integer enim status, &c. ff. nihil novari appellatione, textus in dist. c. 1. ut lite pendente nihil novari appellatione, textus in dist. c. 1. ut lite pendente nihil inn. c. 1. de re iudicata, cap. veniens, de iurejurando, ergo cum appellans tempore appellationis, se incarcerationem invenit, à quo emisit appellationem, sola ipsa appellatio non erit sufficiens, & talis potentia, ut factum inficiat absque superioris cognitione, & opere, ut ex pluribus aliis dicit Prosp. Farin. d. 2. tomo, quest. 33. nu. 21. nulli enim appellationi hæc est attributa potestas, ut ante eum gesta attentata jus vocet, nec ex ea causa revocet, nisi per viam ordinariam appellationis secuta, coram superiori benè appellatum, & malè iudicatum decidatur, & quando factum præcedit appellationem, vel tempus ejus proponendæ, non dicitur attentatum: text. in cap. non solus, de appellat. in 6. & ideo cum captura præcedat appellationem, iuxta regulas juris, in eodem statu esse debet, quia attentatum non est: imò si post appellationem hoc casu captus appellans relaxetur à carcere, ista relaxatio respectu promotoris fiscalis, vel accusatoris erit attentatum, & innovatum, & cum alteretur natura appellationis, omnia in eodem statu conservantis, ut post hæc scripta considerata inveni Lancel. Robertum hæc limitantem in tra. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 33. nu. 3. qui non immeritò damnat Doctores supra relatos, putantes, hoc etiam procedere iure, & ratione speciali, idemque adscribentes pro fallentia ad regul. nihil novari appellatione pendente, cum primò potiùs detentio in carcere post appellationem ab eo emissam prædictam regulam per omnia imiteretur, quod verum est, vide etiam Sca. de app. q. 17. q. 57. limit. 57. memb. 1. n. 162. fol. 194.

264 Si igitur ut vides, in utroque casu detentio incarcerationi post appellationem ab injusta captura emissam, nec attentatum, nec species ejus dicatur: sed proveniat ex juris præcepto, & natura appellationis ejusdem, in ea nullo modo poterit verificari provisio ordinaria in illa particula, y reponga lo hecho despues de appellacion, &c. cum de attentatis intelligatur non aliter, quod si secus pateret verum, magnum absurdum sequeretur; nam si appellans relaxatur ex curiæ decreto, ad quid deferre appellationi à captura jubet; quid posset ex ea ulterius consequi coram superiori, & ad quem effectum delatam appellationem profecturus est, cum nullum ex ea potest fructum consequi; & talis appellatio nec admittenda, nec profectenda est, quia revocato gravamine, à quo appelletur per iudicem inferiori, non interest appellantis appellationem profecti textus in c. si à iudice, ibi, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit ex tunc liberè in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset de appell. in 6. dicit ibi gloss. verbo non fuisset, quia cessante gravamine cessare debet appellatio, text. in c. cum cessante de appellat. quia interessè non habet: ita eleganter loquitur Philip. Franc. in d. cum cessante, §. limit. ad finem vers. amplius intellige omnia præcedentia fol. 71. à tergo, generale enim est, ut appellatio emissâ per eum, cuius non interest, dicatur frivola: ita tenet Fulg. conf. 165. n. 2. ubi latè Card. Tusc. concis. 396.

Rotæ ibi, teneri huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ, aliud iusserit, & sic supremi auditores de appellationis delatione curent, non autem de relaxatione capti, quia hæc debet à superiori appellationis iudice pendere. Laus Deo.



CAPUT V.

Ab excommunicatione, suspensione, vel interdictione, eorumque relatione an iudex vim committere dicatur, appellationi emissæ non deferendo, & quid à suspensione, vel depositione beneficii, vel temporalia respicientibus.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio, suspensio, & interdictum sub censura verbo comprehenduntur.
2 Excommunicationis sententia dicitur interlocutoria.
3 Ab excommunicatione appellatio non suspendit ejus effectum quia secum executionem, & ligamen trahit.
4 Declaratio præcedentis excommunicationis etiam post appellationem fieri potest.
5 In prohibenda appellatione ab excommunicatione variè loquuntur Doctores, & cautè legendi.
6 & 7 Appellatio ab excommunicatione, & aliis censuris nõ suspedit, sed devolvit, & quid devolutio operetur.
8 Excommunicationis sententia conditionalis suspenditur per appellationem subsequendam.
9 & 10 Etiam postea accedente conditione, quia excommunicatus appellans non ligatur.
11 Dicitio nisi posita in sententia illam reddit conditionalem.
12 Excommunicati declaratio, & publicatio fieri potest post appellationem ab excommunicatione pura.
13 Denuntiatio est accessoria, consecutiva ad excommunicationem, & sic fieri potest appellatione pendente.
14 Excommunicatus purè per denuntiationem amplius non intelligitur, nec excommunicationi aliquid addit.
15 Denuntiationis praxis, & assignendi latrones, & zedulones Romana Curia, remissivè.
16 & 17 Denuntiationem per quam excommunicatus appellans plus ligetur, prout aggravatio, & reaggravatio, facere iudex requirit.
18 A præcepto sub poena excommunicationis licita est appellatio suspensivè.
19 A comminata excommunicatione licet suspensivè appellare.
20 A comminatione iudicis executiva gravaminis illati appellatur suspensivè.
21 Excommunicatio post appellationem legitimam est nulla, & attentata.
22 Excommunicatio post legitimam appellationem, cum nulla sit, potest clericus celebrare absque irregularitate.
23 Appellatio à censuris nullis licita est.
24 A monitoriis datis ubi danda non sint, appellatur licitè, quia sit actus, per quem futurum designatur gravamen.
25 A repositione petita & negata, & censuris nullis licita est appellatio.
26 Excommunicatio & alie censura, quibus casibus dicantur nulla, aut injusta, remissivè.
27 Excommunicatio actus est executivus.
28 Excommunicatio nulla non ligat, & recipit appellationem.
29 A monitorialibus literis ad effectum revelationis denegatis licet appellare.
30 Monitoriales literæ ad effectum revelationis quinque requirunt requisita, ut queat relaxari.

- 31 Monitorialium literarum ad effectum revelationis, materiam qui tractent.
- 32 A declaratoria excommunicationis appellatio suspendit, nec appellans interim vitandus est, nec publicandus.
- 33 A declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem est licita appellatio.
- 34 A declaratoria appellatio, & ab ipsa excommunicatione in quo differant.
- 35 & 36 A declaratoria incursus censurarum appellatio impedit denuntiationem, & publicationem & causat attentatum, & vim fieri decernendum.
- 38 A declaratoria super facto notorio, aut in executionem obligationis Cameralis, aut rei iudicata appellatio non suspendit.
- 39 A declaratoria incursus censurarum in executionem obligationis cameralis appellatio non impedit denuntiationem, & publicationem, & declarationem.
- 40 Interdictum Ecclesiasticum quomodo, & quibus interponatur.
- 41 Interdicta Ecclesiastica quibus privent.
- 42 Interdictum ingressus Ecclesie, quod, & cuius effectus.
- 43 Interdictum ingressus Ecclesie an impediatur exercitium jurisdictionis.
- 44 Interdictum ingressus Ecclesie quando pro contumacia aut pro crimine imponatur, & an ex eo denegetur sepultura.
- 45 Sensusio an maior sit interdicto ingressus Ecclesie.
- 46 Sensusio quando absque citatione sicut monitione ferenda non est.
- 47 Sensusio imposta pro delicto, necessaria pro alimentis ex beneficio prestatur suspensio, non tamen quando pro contumacia.
- 48 Sensusio ab usu ordinis an possit cetera exercere.
- 49 A suspensio, & interdicto sicut & ab excommunicatione admittitur appellatio.
- 50 & 51 Sensusio, interdictum, & excommunicatio, equiparantur a iure quoad appellationis prohibitionem, aut admissionem, & alios effectus, & quales.
- 52 Absolutio, & relaxatio ad cautelam potest fieri in omni sententia censura.
- 53 Excommunicatio fertur in personam, non in locum.
- 54 Sensusio, & interdictum quod appellationis effectum eadem ampliatio, & limitationes patiuntur, quas excommunicatio.
- 55 Casus duo equiparari, a iure dispositum in uno, in altero censetur dispositum etiam in materia quantum cumque odiosa.
- 56 Equiparatorum idem est jus, ubi militat eadem ratio.
- 57 & 58 Sensusio, aut interdictum conditionale suspenduntur per appellationem, & impedit executionem.
- 59 Conditio non trahitur retrò, quando aliquid resultat contra juris dispositionem.
- 60 & 61 Excommunicatum, suspensum, aut interdictum potest iudex appellatione pendente fructus, & distributionibus privare, & an veniant in restitutione virtute decreti Regii reddatur ratio.
- 62 Fructus suos non facit excommunicatus.
- 63 Etiam si in sententia censurarum nihil sit de fructibus dictum, quia adhuc iudex excommunicatum illis privare potest.
- 64 Excommunicatus privatus fructibus appellatione pendente illos non recuperat per viam attentati, sed querela, etiam si obtineat excommunicationem fuisse iniustam.
- 65 Delegatus postquam deulit appellationi a censuris, non potest procedere ad denuntiationem, nec fructuum privationem, seu declarationem, vel postquam superior appellationem admisit.
- 66 & 67 Absolutio censurarum non suspenditur per appellationem.
- 68 Per absolutionem ab excommunicatione magis constituitur adversario, quia prestatur ei cautio.

- 69 & 70 Absolutio, & excommunicatio pari passu ambulat.
- 71 Naturale est quidquid eo modo dissolvitur, quo colligatum est.
- 72 Periculum ubi est in mora, appellatio non suspendit.
- 73 Mori diutius quis presumitur propter peccatum.
- 74 Mori certius, quam nasci.
- 75 Mors omni momento speranda est.
- 76 & 77 Mortem sacra Scriptura vocat fulgur.
- 78 A vitiis celeriter exire debemus.
- 79 Hieremia locus c. 51. ponderatur & interpretatur.
- 80 & 81 Peccator in mundo eodem periculo est suppositus, quo navis in medio tempestatis.
- 82 Christus cum nolit mortem peccatorum, nec delectatur in viventium perditione, presto est infundere gratie dulcedinem.
- 83 Alimentorum sententiam non suspenditur per appellationem.
- 84 Per absolutionem ab excommunicatione habilitatur quis ad alimenta anima quibus erat privatus.
- 85 & 86 Alimenta corporalia non directo, sicut alimentum spiritualia vitam prestant directo.
- 87 Plura sacra Scriptura loca adijciuntur in comprobationem.
- 88 & 89 Inter cibum spiritualem, & corporalem differentia redduntur.
- 90 Panis, de quo in Oratione Dominicali, de spirituali intelligitur.
- 91 Panis spiritualis quotidie assumendus, ut quotidie proficit.
- 92 Ad cibum spiritualem majori alacritate est accedendum, quam infantes mammillas arripiunt.
- 93 Alimento spirituali animam privari, maior est dolor, quam corporali corpus privare.
- 94 Belli subsidium non suspenditur per appellationem.
- 95 Homo in perpetuo, & in continuo bello est.
- 96 Inimici spiritus quot.
- 97 & 98 Vincenti dabo edere de ligno vite, dicit Dominus, ubi quod est figura Sacramenti Eucharistia.
- 99 Eucharistia Sacramentum proprium subsidium est, defenso contra anime inimicos.
- 100 Cibum spiritualis est necessarius ad prelium spiritus.
- 101 Absolutio ab excommunicatione, qua consequuntur alimenta anime ad bellum spirituale, non suspenditur per appellationem.
- 102 Absolutio a suspensione, & interdicto per appellationem non suspenditur, sicut nec ab excommunicatione.
- 103 & 104 Absolutio prestita cautione non est differenda per appellationem.
- 105 Quod extenditur.
- 106 Absolvere ad cautelam quando possit iudex appellationis.
- 107 Absolvere ad cautelam an possit delegatus, & quando prestanda ista absolutio cum cautione sola de stando iuri, & de aliis.
- 108 Superflua ad effectum absolvendi quomodo expectantur ex praxi hodierna.
- 109 & 110 Absolvere superior an possit visis actis.
- 111 Absolvere potest iudex ad quem data contumacia transportandi ad se acta.
- 112 Acta quando gratis transportanda sint ad superiorem & quando non: ubi decreta Concilii adducuntur.
- 113 Mulier an cogi possit personaliter comparere pro absolutione.
- 114 & 115 Mulier pro ferendo testimonio, vel alia causa non cogitur comparere personaliter, sed ad eam mittitur tabellio vel alia persona.
- 116 Mulier incidens in canonem, si quis suadente, non cogitur pro absolutione adire Romam, sed ordinarius absolvat.

Absolutio

- 117 Absolutionem ab excommunicatione alteri potest committere iudex Ecclesiasticus.
 - 118 Absolutio ab excommunicatione delegata non subdelegatur.
 - 119 Delegabile est quidquid est cognoscibile iure canon.
 - 120 Mulier non cogitur absens ad locum iudicii pro absolutione accedere.
 - 121 Mulier est privilegium juris communis, ne cogatur personaliter comparere, sed per maritum, aut procuratorem audiri debet.
 - 122 Beneficium juris communis a iudice denegante licita est appellatio.
 - 123 Sensusio, vel interdictum respiciens temporalia suspenduntur per appellationem.
 - 124 Interdictum ingressus civitatis, vel palatii, vel suspensus a beneficio suspenditur per appellationem.
 - 125 Sensusio ab usu pallii appellatione pendente potest eo uti.
 - 126 & 127 Suspensus ab usu pallii celebrando nullam irregularitatem incurrit.
- C**UM excommunicatio, suspensio & interdictum sub eadem verbi significatione, nempe, censura, comprehendantur, iuxta textum in cap. querenti, de verborum sig. Philippus Franch. in cap. ad hec quoniam, de appellat. & ibi Hostiens. & Joann. Andr. in cap. cupientes, §. ceterum, verbo suspensus, de sentent. excommunic. communiter approbata a Panormi. & aliis Doctoribus in cap. nuper, de sentent. excomm. Suarez de censuris, disputat. 7. sess. 3. num. 2. Villalobos in sum. tomo 1. tractat. 17. difficult. 18. sub numer. 4. Azeved. in l. 1. num. 18. cum sequentibus, titulo 5. libro 8. recopil. dicentes, quod cum ista omnes sint pœnæ spirituales, merito sub uno vocabulo scilicet, censura, omnes tres sententiæ contineantur, quæ quidem eisdem ferè regulis, & limitationibus subjiciuntur, ac ideo pariter illas tres sub uno capitulo describendas, & tractandas, esse censui.
- Et ut cum distinctione procedamus, de singulis tractemus, & prius de excommunicatione, cujus sententia licet interlocutoria sit, videaturque appellationem admittere, quia continet gravamen irreparabile, ut testantur Bernard. Diaz in regul. 39. Petrus Duënas in regul. 52. fallen. 2. Azevedius in d. l. 1. num. 18. dicentes quod hæc sententia magis accedit interlocutoria nature, & esse sententiam interlocutoriam dicunt gloss. in summa 2. qu. 1. Felin. in rubr. de re judi. col. 9. Marant. 9. part. tit. de sententia, n. 40. Abbas in dict. rubrica de sent. & re jud. & in rubrica de sententia excommunicationis Gemina. in cap. 2. versiculo nota ergo, de constitut. libr. 6. ex Immola, Lapo, & Joann. Andr. & ex communi opinione ibi relata.
- Nihilominus tamen peculiari quadam ratione à jure attentata, appellatio emissa à sententia excommunicationis ipsius effectum non suspendit, quominus excommunicatus appellans ea interim ligetur, quia secum executionem trahit, dicunt Abb. in c. cum in contemplatione, n. 4. de reg. Maran. 6. p. tit. de app. nu. 216. Joannes Andr. in c. dilectus, el. 2. de rescriptis, Philipp. Franc. c. super eo. el. 2. de appellat. directorum inquisit. 3. part. n. 152. Specul. in titulo de appellatio. §. in quibus, sub num. 16. versiculo 17. lib. 2. fol. 186. Decius in c. reprehensibilis 26. numer. 20. de appell. idem Maran. in d. 6. part. actus 2. principalis, d. tit. & quandoque appellatur, limit. 31. n. 351. fol. 509. & limit. 5. nu. 278. cum sequentibus, fol. 454. Nicoll. in tractatu de concordia, gloss. concord. 6. fall. 31. n. 73. fol. 194. Philipp. Franc. in rubrica de appellat. num. 32. ibi sed adverte, & iterum in cap. adhuc quoniam, nu. 1. & sequentibus & in cap. Pastoral. 5. §. verum, nu. 1. nota 1. de appell. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 22. n. 1. & sequentibus, Bernard. Diaz in d. reg. 39. Petrus Duënas reg. 52. fallen. 2. Rebuffus ad concordata Francia, titulo de friv. Salgado de Protect. Reg.

lis app. in rubr. sub gross. 1. in fin. versiculo facit quando gravamen, fol. mibi. 688. & idem Rebuffus 3. tomo titulo de sententiarum executione, articulo 53. Gloss. 1. nu. 6. fol. 242. Hieron. Gonzales in reg. de alienat. gloss. 9. §. 1. in annotatione num. 197. Barbola in remissio. ad Concilium, sess. 24. de reformat. cap. 20. nu. 12. Capella Tholofana qu. 298. & ibi addit. Zerola in pract. Episcopali, 1. part. verbo appellatio §. ad septimum respondetur, idem Zerola 2. p. verbo appellatio, versiculo nono queritur, ubi melius Roland. à Valle consilio 77. nu. 22. volum. 2. post Innocent. Simanc. de Cathol. instit. titulo 65. num. 20. Mart. in tractatu de jurisdictione. 3. p. cap. 12. nu. 6. Villalobos in summa, tractatu 16. difficult. 13. num. 1. & probant jara expressa text. in cap. pastoralis, §. verum, & in cap. adhuc, de appell. cap. ad reprimentam, de officio ordinarii, & in cap. his qui, §. fin. de sentent. excomm. lib. 6. lex. 21. tit. 9. p. 1. ubi Gregor. Lopez quod adeo verum est, ut etiam post appellationem emissam declaratio subsequi possit (ut statim videmus) Prosper. Farinac. in pract. crim. q. 101. lim. 13. num. 66. & 68. Campanill. div. jur. rubr. 1. c. 15. à n. 40. cum seqq.

Admonendi tamen sunt, qui prefatos Doctores perlegerint, ut illos cautè intelligant, etenim nonnulli ipsorum dicunt, appellationem ab excommunicatione, & aliis censuris esse licitam; alii vero non esse admittendam, alii non suspendere effectum sententiæ, quo minus appellans ligetur. Omnes tamen in unum eundemque finem tendunt, ut scilicet appellatio admittatur quoad devolutivum effectum, ut causa transferatur ad superiorem, apud quem de injusta conquerens excommunicatione, poterit cautione præstita, de parendo mandatis excommunicatoris à superiore absolvi, ut super censurarum injustitia audiri possit: quoad suspensivum vero effectum non esse admittendam appellationem, omnes testantur, prout plurimi ex eisdem Doctoribus ita distinctè pariter loquuntur ex specialitate rationis censura, quæ idè secum trahit executionem, quia censurarum sententiæ sunt medicinales, & veniunt principaliter ad corrigendum, unde ne prætextu frivole appellations impediatur correctio, fuit in eis inducta ista specialitas secundum prædictos Doctores, præcipuè Abb. in cap. sapè, sub nu. 15. & ibi Philipp. Franch. n. 33. de appell.

Prædicta tamen regula aliquibus modis limitatur, & primo, ut non procedat in sententia excommunicationis lata sub conditione; ut puta, quando iudex ita interlocuitur: Excommunico te, nisi solveris creditori decem infra triduum, vel mensem, quia interim cum pendente conditione, vel termino non sit ligatus, pariter intra illud tempus, vel conditionis pendentiæ, appellatio emissa, effectum ipsius excommunicationis suspendit, textus est in cap. præterea de appellat. ubi expressè hic modus sententiæ conditionalis ponitur, ubi Abb. Philipp. Franc. & ceteri Doctores, contra glossam in leg. obligationem ferè, §. places, ff. de obligationibus & actio. loquentem contra textum expressam in dict. cap. præterea, quo probatur emissa appellatione ante eventum conditionis, sub qua excommunicatio lata est, ejus suspendit effectum; & statum appellantis conservat, ut interim non sit excommunicatus, non solum ipsa conditione pendente, sed etiam appellatione, ut probatur in dict. cap. præterea, ibi, in diem statutum minime satisfecerit: (& ibi, sententiam appellationis obstaculum debeat impedire, &c.) quod notandum dicit Franch. ibi numero 4. ultim. nota. pro censuris satis in Curia Romana, ubi ferè semper solent ferri excommunicationes, nisi ad primam diem paruerit, vel infra tres dies, ut tradit etiam ipse Franch. in cap. pastoralis, num. 5. §. verum, de appellat. Joannes Andreas in cap. is cui, de sententia excommunicationis, l. 6. Lancelot. de attentatis, 2. part. cap. 12. in præfatione, nu. 103. cum sequentibus, & per eum Scaccia de appellat.